

4825.

1352 Juni 24.

Nydala.

Sven Dun i Fagerslätt skänker såsom själagåfva all sin jord i Svenarum till Nydala kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Singulis et omnibus presens scriptum cernentibus Svenco cognomine Dun de Fagraslæth salutem in Domino. Vniuersis presentibus et post futuris notum facio per presentes me omnia et singula bona mea in Svidnarum sita cum omnibus eorum adiacenciis, videlicet domibus, agris, pratis, pascuis, siluis et piscariis et omnibus intra sepes et extra in humido et sicco, prope vel remote, nullis dumtaxat exceptis in remedium anime mee monasterio Noueuallis dedisse et legaliter contulisse, auferens a me et meis heredibus totum ius possidendi et transferens in dictum monasterium totum ius possidendi et ordinandi pro sua libera voluntate. In cuius donacionis testimonium sigilla discretorum virorum Petri Bonda, Karoli Magnusson et Magni Haquonsson vna cum proprio presentibus sunt appensa. Datum monasterio Noueuallis anno Domini mccc lii die beati *Johannis Baptiste*.

På baksidan: Parochia Suidnarum ibidem i curia.

Sigill: n. 1 (fembladig ros i sköld utan hjälm): s; n. 2 (båt under stjärna i sköld utan hjälm): s' PETRI ERIN; n. 3 och 4 saknas.

4826.

1352 Juni 28.

Kråkerum.

Riddaren Nils Dannes (Bielke) ingår jordaskifte med sin måg Nils Håkansson (Läma).

L. Sparres afskr. saml. i Sv. Riksark., sign. J 7, fol. 288.

Omnibus præsens scriptum cernentibus Nicholaus Dannäss miles in Domino salutem sempiternam. Constare volo per præsentibus omnibus evidenter me cum dilecto genero meo Nicolao Haquonsson quandam bonorum permutationem rite et secundum leges patriæ fecisse in hunc mundum [o: modum], videlicet quod sibi dimitto et aproprio bona mea Nyanäss cum omnibus coloniis et aliis adiacentiis quibuscunque in humido et sicco positis quomodolibet censeantur, resumens ab ipso bona, inquam Laxborg, cum omnibus eorum, sitis [o: sicut] superius exprimuntur, appendiciis translato in quemlibet nostrum pleno iure et possessionis dominio prædicta bona possidendi, vendendi, commutandi et pro suæ voluntatis libere [o: libito] ordinandi. In cuius euidenciam sigillum meum vna cum sigillis dilectorum fratrum meorum domini Nicolai Turessons militis, Benedicti Thuressons et Amundi Hemmingsons, generis (o: -i) mei, præsentibus est appensum. Scriptum Krakerum anno Domini mccc l secundo vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Sigill: n. 1 (två bjälkar i sköld utan hjälm; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 528, 548): s NICOLAI DAN- NES; n. 2 (två bjälkar i sköld med hjälm; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 682): omskrift saknas; n. 3 (= n. 1; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 600): s BENEDICTI ; n. 4 (tre sjöblad i trekant): . AMWNDVS